



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

66 Fornicatores publici, ab officio sunt suspensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

- re suspensus, *cap. fin. in fin. de excep. Prælat. conversus de hæresi, & apostata, cap. 2. & 3. i. quæst. 7.*
- 64 † Celebrans, ac dimittens Missam im perfectam, *e. nullus Episc. de consecr. dist. 1.*
- 65 † Et qui se sponte castravit, etiam ut caste viveret, *cap. significavit, de cohabit. cler. & mul. & c. si quis pro aegritudine, § 5. distin. Qui eruit alteri oculum cap. fin. ead. dist.*
- 66 † Ac publici fornicatores, & adulteri sunt etiam ab officio suspensi, *ut in cap. fin. junct. gloss. in verb. proposito, de cohabit. cleric. & mul. Sylvest. in ver. cleric. 2. §. 5. & est communis opinio, de qua testatur Cou. prin. par. relect. §. 1. num. 5. quem sequitur Card. Tolet, in instruct. sacer. d. lib. 1. cap. 47. numer. 9* Et de pluribus suspensionibus à jure latis habetur per gloss. *in clem. cupientes, in verb. suspensi de pæn.*
- 67 Ab homine † sunt suspendendi:
Primò, qui Ecclesiæ, & eius canonibus obedire recusant, *cap. hac consona, 25. quæst. 1. & cap. nulli fas, in fin. 19. dist.*
- 68 Secundò, † Princeps prohibens synodi celebrationem, qui est à sacramentali communione suspendendus, *cap. quoniam quidem §. hunc ergo, & ibi gloss. in verb. 77. communionem, 18. dist.*
- 69 Terriò † clericus non cessans à ludo, & ebrietati deserviens, quia ebrietas est omnium vitiorum fomes, & nutrix, *cap. Episcopus, & cap. fin. 35. dist.*
- 70 Quartò, † cum mulieribus suspectis impudenter habitantes, *cap. Archidiaconum, 81. dist. & incorrigibiles nolentes à mulierum cohabitatione cessare. Quia*
- inconvenientes omni honore ecclesiastico sunt privandi, *cap. proposuisti, 82. distin.*
- 71 Quintò, † scribens litteras sub nomine majoris partis capituli, licet major pars non intervenerit, ab officio, & beneficio debet denunciari suspensus; donec mereatur à Papa indulgentiam obtinere; *cap. tam litteris, de test. & c. quanto, de his, quasi à prælatis. fin. cons. c. 6.*
- 72 Sextò, † infamatus de simonia propter scandalum, donec constet de veritate, est à Missarum celebratione suspendendus, *cap. accusatus, & ibi gloss. & cap. seq. de simon.*
- 73 Septimò, † presbyter diffamatus, quòd cognoverit mulierem in ecclesiâ; *c. significasti, in fin. de adult.*
- 74 Octavò, † subtrahentes instrumenta proprietatis ecclesiæ, ex quibus ecclesia sua jura tueri potest, *cap. si quis, 12. quæst. 2.*
- 75 Nondò, † occupantes res ecclesiæ, intuitu secularis potentie, *cap. qui res, de Eccles. non alien.*
- 76 Decimò, † sacerdotes malè custodientes Eucharistiam, si quid inde enorme sequatur: qui tribus mensibus ab officio sunt suspendendi, *cap. 1. de custod. Euch.*
- 77 Undecimò, † dignitatem, vel electionem de manu laici sulcipientes, *cap. si quis deinceps junct. gloss. in verb. interdicimus, & c. seq. 16. q. 7. & c. quisquis, & ibi gloss. in verb. fiat de elect.*
- 78 Duodecimò, † ecclesiasticæ personæ, quæ, dum officia recitantur in choro, silentium fugientes intendunt exterius colloquutionibus laicorum: & dum auditam ad indebitos sermones effundunt, aures inten-